

Band VII., Nr. 2262, Seite 180-181

Abt Hermann und Konvent von Weingarten überlassen dem Heinrich von Schwarzach und seiner Ehefrau Elisabet 2 Güter in Fulgenstadt als Erblehen für sie und ihre Kinder gegen einen jährlichen Zins von 2 Schilling.

Hoßkirch, 1272. Januar 21.

Omnibus presentium inspectoribus Her[mannus] dei gratia abbas et conventus monasterii in Winegarten fidem ad[h]ibere subscriptis. Notum facimus universis, quod H[einricus] de Swarzah¹ et uxor sua Elisabetha quoddam bonum situm Fulgunstat pro dicto Slampeli, quod ad ipsum spectabat, pro sex marcis argenti legalis comparaverunt, item idem H[einricus] et uxor sua prefata simile bonum Fulgunstat pro Mahtildi filia Kumpost et filiis eius Nicolao et Friderico pro sex marcis puri argenti etiam comparaverunt, quorum proprietates ad nostrum dinoscitur monasterium pertinere, et nos ipsis predicta bona concessimus singulis annis in festo beati Martini monasterio nostro de predictis bonis duos solidos monete usualis inde solvendo, et ipsi et liberi ipsorum, si quos genuerint legitimos, prefata bona pro eodem censu tenentur in perpetuum possidere. Si autem sine liberis legitimis decesserint, tunc prelibata bona sine contradictione qualibet ipsorum heredum monasterio nostro erunt libere soluta. Si vero una persona inter ipsos H[einricum] et Elisabetham debitum solvent humanum, altera persona superstes, si liberos etiam genuerit legitimos, pro prefato censu prelibata bona ipsa persona et liberi eius legitimi tenentur in perpetuum possidere. Ad hec supradicti omnes cum patruo ipsorum prefata bona resignaverunt et renuntiaverunt omni iuri seu actioni, que ipsis in predictis bonis competiit vel competere videbatur. Preterea nos et monasterium nostrum sumus garandi predictorum H[einrici] et Elisabethe uxoris sue et liber[or]um ipsorum, si quos genuerint legitimos, quod minimus predictorum filius, quando ad annos discretionis pervenerit, predicta bona ipsis resignet, quandocumque ad nos vel ad successores nostros requisierint indilate. Insuper sepedicti omnes habent potestatem, si necesse habuerint, ipsa bona vendendi cuicui voluerint, dum tamen census predictus monasterio nostro singulis annis assignetur. Et si vendere proponant, id facere debent sine dolo, hoc est an gevarde, contra monasterium nostrum et nobis primo vendere tenentur, si nobis placeant comparare. Huius facti testes sunt: dominus de Rosenö, Her. prepositus, C[onradus] plebanus de Ebenwillar, H[einricus] viceplebanus in Sulgen et C. frater suus, C[onradus] decanus

¹Unterschwarzach.

II

de Diengen², Ul. plebanus Pfeferlie, Bur. de Menbolteswillar, H[einricus] de Ebenwillar, C. de Bråmon, Salomon, F[ridericus] de Altorf, F. de Riethusen, Eggehart, W. de Būcikoven, Bonritir, Ber. minister de Fronehoven, Clemme, Her. Rūsche, Holzwart, Her. de Ursindorf, F[ridericus] Crumpain et alii quam plures. Et in huius rei certitudinem presentem litteram sigillo domini H[einrici] comitis de Altunvergen et nostris sigillis fecimus communiri et duo similia conscribi.

 Datum Hossekilhc, anno domini MCCLXXII., XII. kalendas Februarii, indictione XV.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel des Grafen Heinrich von (Alt-)Veringen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2132 (WUB, Bd. VII, S. 77), am Rand beschädigt, vom 2. und 3. Siegel nur noch die Pergamentriemchen.

²Hohentengen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 1242

Regesten:

Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 3, S. 64.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Hofkirch

Ortsindex:

Bad Saulgau Wohnplatz (21324)
 Beizkofen Wohnplatz (21084)
 Beizkofen, Hohentengen, SIG
 Bremen Wohnplatz (21086)
 Bremen, Hohentengen, SIG
 Ebenweiler Wohnplatz (19401)
 Ebenweiler, RV
 Fronhofen Wohnplatz (20999)
 Fronhofen, Fronreute, RV
 Fulgenstadt Wohnplatz (21300)
 Fulgenstadt, Bad Saulgau, SIG
 Hohentengen Wohnplatz (21091)
 Hohentengen, SIG
 Hofkirch Wohnplatz (19475)
 Hofkirch, RV
 Metzisweiler Wohnplatz (20096)
 Metzisweiler, Ravensburg, RV
 Riedhausen Wohnplatz (20175)
 Riedhausen, RV
 Rosna Wohnplatz (21166)
 Rosna, Mengen, SIG
 Saulgau, Bad Saulgau, SIG
 Unterschwarzach Wohnplatz (19131)
 Unterschwarzach, Bad Wurzach, RV
 Ursendorf Wohnplatz (21098)
 Ursendorf, Hohentengen, SIG
 Veringenstadt SIG
 Veringenstadt Gemeinde (21373)
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV